

THOMAE DE VIO  
CAIETANI CARDINALIS  
SANCTI XYSTI, IN LIBROS PA-  
ralipomenon commentarij.

habet de ciuitate.

praefectus super viros bellatores, & T R C A titulum huius li-  
cium regis qui innuenti sunt in ciuitate, bri aduerte qd apud He-  
ber. & scribam principem exercitus. Nbræos vocatur verba die-  
sed nomine officii, qui probabat tyrones am, & non verba dierum  
ce habetur, facientem exercitare populum legum Iudæ aut israel: ve-  
dum qualis erat principatus scribere in ipso titulo intelligas  
ipse faciebat exercitare populum terri citati hunc librū quā-  
ra demandata erat super iuuenum eis in libris regum legitur  
idonei ad exercitum. & sex viros è scriptis esse in libro dierū  
habetur. & sexaginta viros de populo egū Iudæ vel Israel. Ap-  
pitate, omnes enim prænumerati expellatur autem verba die-  
propterea missi sunt in Antiochis rum indefinite, quia &  
Neb'zar'adan princeps laniorum: acrum notificat quæ in libris  
Rib'lam, Percusitij: eos res Babel:

ra Chamash: & translatus est It I.

remanerat in terra Iehude, qui  
zar rex Babel: praefecit Ghed Cenā, Mahalal'el, Iered, Chanoch,  
Destructa penitus Ir, Sem, Cham & Iepheth.  
in reliquis par

Audi: Ihabal: & Mesech & Thiras, Porro filii Ghomer, Af-  
aa & Riphath & Thogarma. Filii autem la'uan Elisa &  
Tharsifa: Chittim & Dodanim. Filii Cham: Chus & Mizraim,  
Put & Chenaham. Et filii Chus, Seba & Chamula, & Sabiba &  
Rah'ma & Sabibeca filii: Rah'ma Seba & Dedā. Chus autem  
genuit Nimrod: ipse capite esse potens in terra. Mizraim vero genuit  
Ludim & Hananim & Lehabim & Naphthuchim: & Path-  
rasim & Chasluhim (è quibus egrebi sunt Pelishthim) & Chap-  
thorim. Chenahä autem genuit Zidon primogeniti suum & Cheth.  
& Iebuseum & Emoreu & Ghirghaseum. & Chinnæ & Har-  
caum & Sinaum. & Aruadæum & Zemareum & Charnathæum.  
Filii Sem, Helam & Assur, & Arpachsad & Lud & Aram: &  
Hux & Chul & Gether & mesech.

Arpachsad

CAPVT I.

335

Arpachsad autem genuit Selach: & Selach genuit Heber. Por-  
to Heber nati sunt duo filii: nomen unius Peleg (quia in diebus eius  
diuisa est terra) & nomen fratris eius Iocstan. Iocstan autem genuit  
Almodad & Seleph: & Chazarmauth & Larach, & Hadoram  
& Vzal & Dic'lam & Hebal & Abimael & Sebam. & Ophir  
& Chawilam & Jobab: omnes ijsi filii Iocstan. Sem Arpachsad  
Selach, Heber Peleg & Chu. Serug Nachor Therach. Ab'ram, ipse  
est Ab'raham, filii Ab'raham, Iizchac & Iizmahel. Ista genera-  
tiones eorum: primogenitus Iizmahelus Neba'ioth, & Cedar & Ad-  
beel & Mih'jam. Misnah & Duma, Massa Chudad & Thema, le-  
tur, Naphis & Cedma: ijsi sunt filii Iizmahelus. Et filii Cetura con-  
cubina Ab'raham, peperit Zomran & Locsan & Medan & Mid'ian  
& Iisbuc. & Suach: & filii Locsan Seba & Dedan. Et filii De-  
dan fuerunt Assurim & Letusim & Leummim. Et filii Mid'ian  
Hepha & Hepher & Chanoch, & Abidah & Eldaba: omnes  
ijsi filii Cetura. Genuit autem Ab'raham Iizchac: filii Iizchac  
Hesau & Israel. Filii Hesau, Eliphan, Rehu'el & Iehus &  
Iah'lam & Corach. Filii Eliphan, Theman & Omar, Zephi &  
Gah'than, Cenam & Thimnah & Hamalec. Filii Rehu'el, Na-  
chath, Zerach, Samma & Mizza.

Filius autem Schir, Lotan & Sobal & Zibbon & Hana, & Dison  
& Ezer & Disan. Et filii Lotan, Chori & Homan, & soror Lotan  
Thimnah. Filii Sobal, Hal'ian & Manachaib & Hebal, Sephi &  
Onam: & filii Zibbo, A'ia, & Hana. Filii Hana Dison: & filii Di-  
son, Chamran & Eshan & Iith'r'an & Cheran. Filii autem Ezer,  
Bilhan, Zshuan, Iahakan. Filii Dison, Hux & Aran.

Isti autem sunt reges qui regnauerunt in terra Edom, antequam  
regnaret rex filius Israel: Belah filius Behor, & nomen ciuitatis e-  
ius Dinhaba. Mortuusque est Belah: & regnauit pro eo lobah filius  
Zerach de Bozya. Mortuusque est lobah: & regnauit pro eo Chusam  
de terra Themaniorum. Mortuusque est Chusam: & regnauit pro eo  
Hadad filius Bedad qui percusit Mid'ian in agro Moab, & nomen  
ciuitatis eius Haith. Mortuusque est Hadad: & regnauit pro eo  
Samla de Masreca. Mortuusque est Samla: & regnauit pro eo Saul  
de latitudinibus fluvij. Mortuusque est Saul, & regnauit pro eo Ba-  
hai'chan filius Hackbor. Mortuusque est Bahai'chan: & regnauit  
pro eo Hadad, & nomen ciuitatis eius Pabi, & nomen uxoris eius  
Mehetab'el filia Mat'red filiae Me'zahab. Mortuusque est Ha-  
dad: & fuerunt duces Edom, dux Thimnah, dux Hal'ia, dux Ie-  
theth. Dux Aholibama, dux Ela: dux P'mon. Dux Cenan dux Thé-  
man;

## PRIMI PARALIP.

man, dux Mibzar, Dux Magdiel, dux Hiram: isti duces Edom. In hoc primo capitulo libri Parali. nihil occurrit scribendum, ne repetantur scripta prius: nisi declarare quod pertransire intendo genealogias usque ad capitulum decimum, Pauli apostoli monitis acquiescens.

## CAPVT II.

Isti filii Israeles: Reuben Simhon Leui & Iehuda, Iisachar & Zebulon. Dan Ioseph & Bin'iamin, Naphthalit Ghad & Aser. Filii Iehuda Her & Onan & Sela, hi tres nati sunt ei de Bathsuah Chenahani hibide: & fuit Her primogenitus Iehuda malus in oculus domini, & occidit eum. Thamar autem nubris eius peperit ei Perem & zerach: omnes filii Iehuda quinque: Filii Perem Chezon & Chamul. Filii autem Zerach Zimri & Ethan & Heman & Chalchol & Darab: omnes ipsi quinque. Filii vero Charmi, Hachart turbator Israeles, qui praeuaricatus est in anathemate. Filii autem Ethan, Hazar'ia. Filii autem Chezon qui nati sunt ei, Ierachmeel & Ram & Chelubai. Ram autem genuit Hamminadab: & Hamminadab genuit Nachson principem filiorum Iehuda. Nachson autem genuit Salmam: & Salmam genuit Bo'az. Bo'az autem genuit Hobed: & Hobed genuit Iisai. Iisai autem genuit primogenitum suum El'ab: & Abinadab secundum, & Simham tertium, Nethan el quartu, Raddai quintum, Ozem sextum, David septimum. De naturalibus filiis est hic sermo: in primo autem libro Regum cap. 16. David non supputatur septimus, quia (ut ibidem diximus) mixtus est naturalibus filiis adoptiuus. Sorores autem eorum fuerunt Zera'ia & Abigail: & filii Zera'ia Abisai & Ioab & Hasael tres. Abigail autem genuit Hamasam: & pater Hamasa fuit Iethet Iisimchelita.

Chaleb autem filius Chezon accepit Hazubam in uxorem, & genuit ex ea Ierihoth: & isti filii eius, Ieser & Sobab & Ardon: mortua est autem Hazuba: & accepit sibi Chaleb Eph'ratah, que peperit ei Chur. Chur autem genuit Vri: & Vri genuit Bezal'el.

Postea autem ingressus est Chez'ron ad filiam Machir patris Ghilhad, & ipse accepit eam, & ipse erat filius sexaginta annorum: quia peperit ei Segub. Segub autem genuit Iair: & fuerunt ei virginiteres ciuitates inter terram Ghilhad. Cepitque Ghesur & Aram villas Iair ab eis, Cenath & filias eius sexaginta ciuitates: omnes isti filii Machir patris Ghilhad. Postquam autem mortuus est Chezon in Chaleb Eph'ratah, uxor Chezon Abi'ia peperit ei Aschur parentem Thecoah.

Fuerunt

## CAPVT II.

336

Fuerunt autem filii Ierachmeel primogeniti Chezon, primogenitus Ram: & Buna & Oren & Ozem Achi'ia. Et fuit alia vox Ierachmeeli nomine Hataro: que fuit mater Onam. Fuerunt autem filii Ram primogeniti Ierachmeelis: Maham & Iamin & Hecer. Fuerunt autem filii Onam, Sammai & Ladah: & filii Sammai, Nadab & Abisur. Et nomen uxoris Abisur Abihail: quae perdit ei Achban & Molad. Filii autem Nadab, Seled & Appaim & mortuus est Seled absque filio. Filii autem Appaim Iischi: & filii Iischi Sesan, & filii Sesan Achlai. Filii autem Ladah fratrii Sammai, Iether & Ionathan: & mortuus est Iether absque filio. Filii autem Ionathan, Peleth & Zaza: isti fuerunt filii Ierachmeelis. Sesan autem non habuit filios sed filias. Quæstio occurrit: quia paulo superius scriptum est Sesan genuisse Achlai: quomodo ergo nunc dicitur quod non habuit filios? Solutio est quod mortuus est filius antequam generaret nepotem Sesan: & propterea de nepote eius ex parte filii agitur. habuitque Sesan scruum Aegyptium nomine Iarchah. Deditque Sesan filiam suam Iarchah scru suo in uxorem: quia peperit ei Hatchai. Hatchai autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad. Zabad autem genuit Eph'lal: & Eph'lal genuit Hobed. Hobed autem genuit Iehu: & Iehu genuit Hazar'iam. Hazar'ia autem genuit Chelem: & Chelem genuit Elhasam. Elhasam autem genuit Sismai: & Sismai genuit Sallum. Sallum autem genuit Iecam'iam: & Iecam'ia genuit Elisamah.

Filius autem Chaleb fratrii Ierachmeelis Mesah primogenitus eius ipse fuit pater Ziph: & filii Maresa patris Cheb'ron. Filii autem Cheb'ron, Chorach & Thapuach & Recem & Semah. Semah autem genuit Racham patrem Iorceham: & Recem genuit Sammai. Filius autem Sammai Mahon: & Mahon fuit pater Bethsur. Hepha autem concubina Chaleb, peperit Charan & Moraz & Ghazem: & Charan genuit Ghazem. Filii autem Iahdai Regem & Iotham & Gesan & Pelet & Hepha & Sahaph. Concubina Chaleb Mahacha, peperit Seber & Thirchanem. Sahaph autem peperit patrem Madmannu, Seuan patrem Machbene & patrem Ghibba: & filii Chaleb Hachsa.

Isti fuerunt filii Chaleb filii Chur, primogeniti Eph'ratah: Sobal pater Cir'iath'iecharim. Salma pater Beth'iehem, Chareph pater Beth'ghader. Fueruntque filii Sobali patri Cir'iath'iecharim: qui videbat dimidium requietionum. Nomen proprium

## PRIMI PARALIP.

proprium loci esse tam hic quam inferius dictioinem interpretatam requietionum autem Hebrei possesso igitur medietatis certi loci significari videtur. Familia autem Cir' iah' iehārim, Itth' reus & Puthenus & Sumathenus & Misraheus: ex istis eis gregibus sunt Zor' hatheus & Estha' uleus. Filii Salme Beth' lechem & Netophati, corona domus Iob. Dictioinem quoque interpretatam coronae aiunt esse nomen proprium. Si tamen appellatum est, significantur isti ad gloriam domus Iob. & diuidium requietionis Zorhi. Familia autem scribarum habitantium in Iah' bēm, canentes, resonantes, in tabernaculis commorantes. Omnia haec aiunt esse nomina propria familiarium seu patrum familias scribarum habitantium in Iabes. Et de his subiungitur ipsi Cenisi qui venerunt de calore. Hebraicè habetur. venientes de Chamath patre domus Rechab. Nomen proprium viri est Chamath.

## CAPUT III.

**S**i autem fuerunt filii Dauidi qui nati sunt ei in Cheb'ron primogenitus Amnon ex Achinoham Iizrehelithide secundus Daniel ex Abigail Charmelithide. Tertius Absalon filius Mabachae, filie Thalmai regis Gesur: quartus Adon' ia filius Chagith. Quintus Sephat' ia ex Abital: sextus Ith' reham ex Heg' la vxore eius. Hebraicam dictioinem reliquerunt ut enim in libris regum diximus, non est nomen proprium Hegla, sed significat vitulam. & ad literam significatur Michol prima vxor Dauidis filia regis Saul: de ipsa enim genuit Dauid in Hebron filium unum. Appellatur autem vitula propter teneram illius dilectionem hebraica (ut aiunt) consuetudine. Vxor autem eius specialiter dicitur, quia fuit prima. Sex nati sunt ei in Cheb'ron, regnauitque ibi septem annis & sex mensibus, & trigintatribus regnauit in Ierusalaim. Porro in Ierusalaim nati sunt ei: Simha & Sobab & Nathan & Selomo, quatuor ex Bathsuah. vxore omnim Viria Ethiae. Hunc filiorum numerum annotabis: & recoles in parabolis Salomonis cap. 4. vbi Salomon dicit se vnigenitum coram matre sua, ne intelligas de vnigenito secundum naturam. clare enim litera testatur quod isti filii Bersabea fuerunt filii naturales Dauidis: nam expresse dicitur. Et isti nati sunt ei in Ierusalaim Simha & Sobab & Nathan & Selomo, quatuor de Bathsuah filia Hammiel. Nullus relinquit inficiacioni locus: sed ita narrantur naturales filii Dauidis.

## CAPUT III.

337

Ils isti sicut seu clarius quam alij. Verba autem Salomonis, in parabolis sunt exponenda: nunc hic sufficit nosse quod non est ibi sermo de vnigenito seu vnico secundum naturam. Et Iibchar & Elisanah & Eliphelet. & Noga & Nepheg & Laiphiah & Elisanah & El' iadah & Eliphelet nouem. Omnes filii Dauidis: preter filios concubinarum, tanquam matres prænominatorum habitæ fuerint ut præcipuae uxores, concubine autem quasi famulae & Thamar sororem eorum.

**F**ilius autem Salomonis Rechabham: Ab' ia filius eius, Afa filius eius, Iehosaphat filius eius. Ioram filius eius, Achaz' iahu filius eius, Ioas filius eius. Amaz' iahu filius eius, Hazar' ia filius eius, Iotham filius eius. Athaz filius eius, Chizc' iahu filius eius, Menasseh filius eius. Amon filius eius, Iofi' iahu filius eius. Filius autem Iosi' iahu: primogenitus Iochanan secundus Ieho' iacim: tertius Zidc' iahu: quartus Sallum. Filius autem Ieho' iacim: Iechon' ia filius eius, Zidc' iah filius eius.

Filiis autem Iechon' ie Asir, Seathiel filius eius. Et Malchiram & Peda' ia & Sen' azari: Iecam' ia Hosanah & Nedab' ia. Filius autem Peda' ie Zeruba' bel & Simhi: filius Zeruba' bel Mesullam & Chanani' ia, & Selomith soror eorum. Et Chasuba & Ohel & Berech' ia & Chasad' ia & Insab' chesed quinque. Filius autem Chanani' ie Pelat' ia & Iesah' ia. Aduerte prudens lector genealogiam hanc usque ad finem capituli: & supputando inuenies etiam generationum numerum à transmigratione Babylonis recenseri ab auctore huius libri & à Matthæo euangelista secundum vulgatam editionem. Et hinc scito quam erronea sit vulgata editio: quæ ex fratribus facit filios, vel ex disparatis familiis facit unam genealogiam. Opus est autem mutatione magna ut corrigitur iuxta hebraicam veritatem & brevius fieri recitando hebraicum textum, non totum, sed illam particulam vulgatae editionis, cuius filius Rephaia, huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias, luxa Hebreum habetur. siq' Repha' ie filii Arnan, filii Hobad' ie filii Sechen' ie. Et quia filii est nominativus pluralis in his quatuor, clare liquet quod narrantur 4. disparatae familliae in texu hebreo. Et ex hac particula sufficiat monstrare errorem vulgatae editionis hoc in loco, ne eries & tu. Filius autem Sechan' ie Semah' ia: & filii Semah' ie Chatius & Tig' al & Bari' ach & Nehar' ia & Saphath, sex. Filius autem Nehar' ie Eli' iohenai & Chirz' ie & Haxricam, tres. Filii autem El' iohenai

Vy

Hoc

## PRIMI PARALI.

Hodai'nah & El'iasib & Pela'ia & Haccub & Iochanan & Dela'ia, & Hanani, septem.

## CAPVT IIII.

**R**uhi Ichude: Perem, Chez'ron & Charmi & Chur & Sobal, Re'a'ia autem filius Sobal genuit Iacha'b & Iachath genuit Achumai & Lahad: ista familia Zor'hath eorum. Et isti filii Hetam, Lizebel & Tisma & Lidbas: & nomen sororis eorum Haz'e'laphoni. Penuel autem pater Gedor, & Hexer pater Chusae: isti filii Chur primogeniti Eph'rathae patris Beth'lehem. Aschur autem patri Tcoah fuerunt due uxores: Chel'a & Nahara. Peperitque ei Nahara Achuzam & Chepher, & Thenni & Ha'achashari: isti filii Nahara. Filii autem Chel'a: Zereth, Iezochar & Ethnan: Cox autem genuit Hanub & Hazobbam: & familias Acharchel filii Haran.

Fuit autem Iah'bem inclitus pra' fratribus suis & mater eius vocavit nomen eius Iah'bem dicendo, quia peperi eum in dolore. Inno-  
cauitque Iah'bem Deum Israel dicendo. Nomen est Eloha, si be-  
nedicendo benedices mihi & dilatabis terminos meos & erit manus  
tua mecum. Quia nihil subiungitur promissum Deo, non est  
dictio si intelligenda ut constituat conditionalem votiuam:  
sed interrogatiue, ita quod supplicantis est nota. saepe enim  
hoc loquendi modo vtuntur hebrei ad affirmadum. Est igitur  
supplicatis affirmatio, in spe tamen. Et benedictio refer-  
tur ad multiplicationem tum filiorum tum rerum: dilatatio  
autem terminorum ad terras: manus autem diuina cum eo,  
ad praeualendum, & facies me à malitia non opprimi. Iuxta he-  
breum habetur. & facies à malo non dolere me. Tria prima per-  
tinent ad affectionem boni: hoc autem quartum spectat ad  
præseruationem à malo. & præstidit Deus qua petiit. Nomen  
est Elohim. Ideo relata est oratio Iabe, vt sciatur qd in his  
quatuor fuit inclitus, & quod hæc habuit à Deo intercedē-  
te illius oratione. vt & hinc cognoscamus tertium, videlicet  
quod non solum fuit potens, sed religiosus.

Caleb autem frater Sua gennit Machir. Hebrei dicū legēdū  
esse. & Chelub frater Such & gennit Mechir. nec admittū quod  
idē sit nomē Chelub & Chaleb. qui fuit pater Eshō. Eshō autē  
genuit Beth'rapham & Paseach, & Thechinnam patrem ciuitatis  
Nachash: hi sunt viri Rech'a. Filii autem Cenan, Hothniel & Sera'  
ia: & filii Hothniel Chathath. Melonothai autem genuit Hoph'-  
ram: & Sera'ia genuit Ioab patrem valis artificum, ibi quippe  
artifices

## CAPVT III.

538

artifices erant. Parui reserit quod Hebraicē habetur. quia ma-  
gisti fecerunt. Et est sermo de magistris artiū. Filii autem Cha-  
leb filii Iephunna, Hiru Ela & Naham: & filii Ele V'cenam. Filii  
autem Iehal lel'el: Ziph & Ziph'a, Thir'ia & Asar'el. Filius autē  
Hezya, Iether & Mered & Hepher & Ialon: genuitque Mir'iam  
& Sammai, & Isbach patrem Eshemoah. Vxórum eius Ichud'a-  
ia peperit Iered patrem Gedor & Cheber patrem Socho, & Ieu-  
thiel patrem Zanoach: & isti filii Bith'ie, filiae Par'honis, quam ac-  
cepit Mered. Non intelligo Pharaonem regem Aegypti, sed  
hebreum aliquem nominatū Pharao. Filii autē uxoris Hod'i-  
a sororis Nacham patris Cebila, Hagharmi & Eshemoah Maha-  
chatus, Filii autem Simon Amnon & Rinna, Ben'chanan, &  
Thilon: & filii Iishi Zocheth & Ben'zochet.

**F**ilius autem Selā fili Iehuda, Her pater Lecha, & Lah'da pater  
Marese: & familiæ domus operantium byssum in domo iuramē-  
ti. Hebrei nomina propria aiunt esse dictiones interpretatas  
operantium byssum: & similiter dictio interpretatā iu-  
ramenti. Et qui stare fecit solem. Iuxta Hebreum habetur. Et  
Iocim. loco omnium istorum verborum. Ita quod vnum no-  
men proprium hic scribitur quod interpres dixit, qui stare fe-  
cit sole. nō est opus fingere hæc miracula. Vixique mendacijs.  
Iuxta hebreū habetur. & viri Cozeba. Et similiter quod sub-  
iungitur. & securus & incedens. Hebraicē habetur. & Ios &  
Sarah. Nomina sunt propria virorum: de quibus subditur, qui  
principes fuerunt in Moab. Principatiū quendā istos habuisse in  
regno Moab narratur. & quæ reuersa sunt in Lechē. Iuxta he-  
breū habetur. & Iasubi Lechē. Et aiunt esse nomina propria.  
hac autem verba vetera. Iuxta heb. habetur. & verba antiqua. Ne  
intelligeremus gesta hæc quæ nō sunt scripta in sacris libris  
quos habemus fuisse post tempora tegū, dicit author hæc esse  
verba antiqua: hoc est rerū antiquitus gestarū. Ipsa sunt figuli  
& habitates in plātationibus & in sepibus. Etiam dictiones istæ  
interpretatæ plātationes & sepes, nomina propterea locorū di-  
cūtur in quibus habitabat isti. Nonnulli autem fauēt vulga-  
rē adiunctioni: dicēdo quod vte crāt Israelitę apud regē Moab  
tum figuli tū scientes artem plātandi arbores, tū magistri se-  
piū pulchrarum qua fūt intra hortos principū. & propterea  
subditur, apud regē in operibus eius, commemoraque sunt ibi. Iux-  
ta hebreum habetur, cum rege in opere eius habitabunt ibi. De  
rege Moab est sermo, apud quem magni erant isti,

Vv ij Filij

PRIMI PARALI.

**F**ilius eius, Mibsam filius eius, Misimah filius eius. Filii autem Misimah: Chammuel filius eius, Zaccur filius eius, Simhi filius eius. Simhi autem fuerunt filii sedecim & filiae sex; fratres vero eius non habuerunt filios mulos, & tota cognatio eorum non potuit ad-equare summan filiorum Iehude. Habitauerunt autem in Be-er'sebah & Molada & Chas'rah. Et in Bilha & in Hezem & in Tholad. & in Bethuel & in Chorma & in Zic'lag. & in Beth'marchabor & in Chazar'susim, & in Bethbir in & in Sa-haraim; ha ciuitates eorum usque ad regnum David. Ad differen-tiam aliarum ciuitatum quas acquisuerunt postquam regnauit David, dicitur usque ad regnum Daudis. Iubilunguntur enim duae regiones in quibus filii Simeon acquisuerunt post-ea possessionem. Villae quoque eorum Hetam & Hain, Rimon & Thochen & Hasan: ciuitates quinque. Et omnes villa earum que erant in circumitu ciuitatum istarum usque ad Bahal: hac est habi-tatio eorum & sedium eorum distributio.

Et Mesobab & Iamled, & Iosa filius Amaz'ie, & Ioel: & Ie-hu filius Iosib'ia, filii Sera'ie, filii Hasi'el, & Bl'iohenai & Iah-coba & Iesoch'aia & Has'aia, & Hadiel & Iesimiel & Ben'aia. & Zi'xa filius Siphhi, filii Alon, filii Ieda'ie, filii Simri, filii Se-mah'ie. Isti sunt nominati principes in familiis suis: & domum pa-trum suorum multiplicauerunt vehementer. Et profecti sunt ad in-tritum Gedor usque ad orientem vallis: ad querendum pascua ovi-bus suis. Inuenientque pascuum pingue & bonum, & terram lati-sam & quietam & fertilem: quia de Cham fuerunt sedentes ibi ante. Venerintque isti scripti per nomina in diebus Iechiz'i ja-hu regis Iehude, & percussent tentoria eorum & habitacula que-muuta sunt ibi, & deleuerunt eos usque ad diem hanc & habita-nerunt pro eis: quia pascuum pro oviibus eorum erat ibi. Historia hæc in libris Regum non habetur: sed hic suppletur.

Ex eisque de filius Simhon profecti sunt in montem Schir, virg' quingenti: & Pelat'ia & Nebar'ia & Repha'ia & Hurziel filii Iishi, fuerunt duces eorum. Hæc quoque historia noua est. Et percusserunt residuum eorum qui evaserant de Hamalec: & habita-nerunt ibi usque ad diem hanc. Recole quod ipse scripsit tem-pore Cyri vel paulo post: & dicit quod usque in diem hanc aliqui de tribu Simeon habitant in monte Schir.

C A P.

339

C A P V T V.

**R**u quoque Reuben primogenitus Israel, ipse cum fuit primogenitus: sed cum violasset thorum patris sui. His-toriæ hanc habes in Genesi. data est primogenitu-ra eius filii Ioseph filii Israel. Et hoc quoque scri-putum est in Genesi, decernente sic Iacob, & non est ille reputa-tus in primogenitum. Iuxta Hebreum habetur. & non recens-en-dit in primogenitura. Rationem reddit author quare non recé-suit prius genealogiam Ruben: quia videlicet priuatus fuit à patre iutibus primogeniti. Porro Iudas qui erat fortissimus in-ter fratres suos de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph. Iuxta Hebreum habetur. Quia Ie-huda inuuluit præ fratribus suis, & ad ducem ex ipso: & primogeni-tura ad Ioseph. Sic facet in hebreo. Non sat fuit reddere ratio-nē quare postposita est genealogia Ruben, sed rationē addit quare præposuit genealogia Iudæ: quia videlicet tribus Iude-æ fuit formior reliquis tribibus, & principatus ex ipsa fuit. à tempore enim Daudis usque ad captiuitatem Babylonicam semper regnauit tribus Iudeæ ex semine Daudis: aliarū verò tribū reges in Israel parū durauerunt, frequentissima mu-tatione interueniente. Potes & altius intelligere hanc ratio-nem, quia videlicet ex tribu Iudeæ promissus est Mesias dux populi: ut verba Iacob benedicendo Iudam testantur. & ideo quāvis primogenitura data sit Ioseph, præponendus fuit Iu-das propter Mesiam ducem ex tribu Iudeæ. Et dicit hoc, quia ipse præposuit genealogiam tribus Iudeæ reliquis.

Filiis ergo Reubè primogeniti Israel: Chanoch & Phallu, Chezrō & Charmi. Filiis Ioel: Semah'aia filius eius, Ghog filius eius. Simhi filius eius, Micha filius eius, Re'aia filius eius, Bahal filius eius. Bee-ra filius eius, quem captiuum duxit Thilgath'pi'neeser rex Assur: ipse princeps Reubensis. Et fratres eius per familias suas cùm recen-sentur per generationes suas: caput Iehiel & Zechar'iah. Et Belah filius Hazam: filii Semah, filii Ioel: ipse habitabat in Haroher, usque ad Nebo & Bahal'mehon. Et ad orientem habitauit usque ad in-tritum deserti, à flumine Euphrate: quia greges eorum multipli-cati fuerant in terra Ghilhad.

**I**n diebus autem Saul fecerunt bellum cum Hag'riim, & inter-fecerunt eos: habitauerintque in tentoriis eorum in omni plaga orientis Ghilhadis. Filii verò Ghad è regione eorum habitauerunt in terra Basan usque ad Salcham, Ioel caput, & Sapham secun-

Vv iii dñ:

PRIMI PARALI.

dus: & Iah'na'i & Saphat in Basan. Fratres autem eorum secundum domum patrum suorum Michael & Mesullam & Sebah & Iorai & Iah'chan & Ziah & Hebed, septem. Ibi filii Abichail, filii Churi, filii Iaroach, filii Ghilhad, filii Michael, filii Iessai, filii Iachdo, filii Buz. Achi filius Habdiel filii Ghuni, dux domui patrum suorum. Habitaueruntque in Ghilhad in Basan & in filiabus eius: & in omnibus suburbaniis eorum super exitus eorum.

Omnis hi recensiti sunt in diebus Ieth'a regis Iehude, & in diebus Iarob'h regis Israel. Filii Reuben & Ghad & dimidie tribus Menas'is de filio fortitudinis, viri portates scutum & gladii, & tendentes arcum, & eruditis ad bellum: quadrageinta quatuor millia & septingenti & sexaginta egrediates in exercitu. Lege capitulu quartu-decimū quarti reg. & videbis quadrare subiuncta gesta fuisse tempore Ieroboham, nō primi regis Israel, sed illius qui fuit ex stirpe Iehu, de eo enim præclarissima gesta ibidem scripta sunt: ita quod hic supplentur quæ ibi omisso sunt. Et quod hic dicitur de invocatione Dei & prælio domini, ibi tacitum est mediante Iona propheta factum esse. Et fecerunt bellum cum Hag'riū: & Ietur & Naphis & Nodab prebuerunt eis auxilium. Traditique sunt in manum eorum Hag'riū & omnes qui fuerunt cum eis quia Deū inuocauerunt cum preciliarentur, & exaudierunt eos quia sperauerunt in eo. Prædatique sunt armata eorum, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta & quinquaginta millia & asinorū duo millia: & animarum hominum centū millia. Interfectique multi corruerunt, quia à Deo fuit prælium, & habitauerunt pro eis usque ad transmigrationem. Filii autem dimidie tribus Menas'is habitauerunt in terra: à Basan usque ad Bahal, chermon & Senir & montem Chermon ipsi multiplicati sunt. Et isti capita domus patrum suorum: & Hephher & Iobi & Eiel & Haziel & Urim'ia & Hodau'ia & Iachdiel, viri potentes: robore, viri nominati capita domui patrum suorum.

Mentiti sunt autem in Deum patrum suorum: & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos delere fecit dominus à facie eorum. Et suscitauit deus Israel spiritum Pul regi Assur. In quarto regum cap. 15. narratur quod iste Pul rex Assyriorū venit quidem in terram Israel, sed in fauorem Menahem regis Israel: hic autem connumeratur inter hostes Israel. Solutio est quod virumque est verum: videlicet quod iste Pul hostis fuit Israel, quanvis placatus pecunia Menahem regis Israel. Et quantum hic insinuatur, incepit captiuitatem tribuum habitantium

CAPVT VI.

348

tantium trans Iordanem. & spiritum Thig'lath' pilneser regis Assur. De hoc clare scribitur. 4. reg. 15. quod tempore Phace: regis Israel transtulit in captiuitatem etiam Ghalilæam. Et dico spiritum, manifestat Deum communissime interna horum regum ad exequendam iustitiam diuinam contra Israelitas. & traxit Reubenitas et Ghaditas & dimidiam tribum Menas'is. Si iunxeris hæc cum scriptis ibidem in quarto regum, inuenies longe maiorem fuisse captiuitatem istam quam hic describatur: hic enim describitur duntaxat captiuitas habituum trans Iordanem, ibi autem adiungitur manifestè tribus Neptalm cum Ghalilæa. & adduxit eos in Chalach & Chabor, & Haram, & flumen Ghsan usque ad diem hanc.

CAPVT VI.

Filiū Leui: Gherson, Cehath et Merari. Filii autē Cehath Hārā, Iizhar et Chebrō & Huzziel. Filii autē Hamram, Aharon, & Moſes, et Mir'iam: et filii Aharon, Nadab, & Abihu, Elazar et Ithamar. Elazar genuit Pinchas: Pinchas genuit Abisuh, Abisuh autē genuit Bucci: & Bucci genuit Huzzī. Huzzī autē genuit Zerach'iam: et Zerach'ia genuit Mera'ioth. Mera'ioth genuit Amar'ia: et Amar'ia genuit Achitub. Achitub autem genuit Zadoc: & Zadoc genuit Achimaham. Achimaham autē genuit Hagar'iam: et Hagar'ia genuit Iochanan. Iochanan autē genuit Hagar'ia: ipse est qui sacerdotio fūctus est. Parui refert q̄ heb. habet. Sacerdotauit in domo quā edificauit Salomo in Ierusalaim, si sic licet loqui. Intelligimus enim per hoc significari q̄ iste Hazarias fuit ille qui pro sacerdotio pugnauit inhibedo Oziæ regi officiū sacerdotis: ut inferius ca. 2. 6. secundi libri narratur. Hagar'ia autem genuit Amar'iam: et Amar'ia genuit Achitub. Achitub autem genuit Zadoc: & Zadoc genuit Sallum. Sallū autem genuit Chiles'iam: & Chiles'ia genuit Hagar'iam. Hagar'ia autem genuit Sera'iam: et Sera'ia genuit Ichoradac. Ichoradac autem abiit quando transtulit dominus Iehudam, & Ierusalaim in manus Nebuchadnezar.

Filiū Leui Gherson, Cehath, et Merari. Et hæc nomina filiorum Gherson, Libni et Simhi. Filii autē Cehath: Hārā, et Iizhar & Chebrō, et Huzziel. Filii Merari Machli, et Musi: et istæ familiae Leui p̄ patres eorum. Gherson, Libni filius eius, Iachaih filius eius, Zimma filius eius. Ioach filius eius, Hiddo filius eius, Zerach filius eius, Ieash'rai filius eius. Filii Cehath Hamminadab filius eius, Corach filius eius, Assyr filius eius. Elcana filius eius, & Eb'iasaph

Vu iiiij filius

## PRIMI PARALL.

filius eius & Assyr filius eius. Thachath filius eius, Vriel filius eius, Hurz'ia filius eius, & Saul filius eius. Filii autem Elcanæ, Hamasai et Achimoth. Elcanæ: filii Elcanæ Saphai filius eius, et Nachath filius eius. Eli'ab filius eius, Ierocham filius eius. Elcana filius eius, Filii Samuel, primogenitus Vasni & Ab'ia. Filii Merari Machli; Libni filius eius, Simhi filius eius, Hurz'ia filius eius. Simha filius eius, Ch'għi'ia filius eius, Hasa'ia filius eius.

**I**sti sunt autē quos cōstituit David super cantum domus domini, à quiete arce. Fueruntque ministrantes coram taberculo tentorii ad dunctionis in cantu, donec edificauit Selomo domum domini in Ierusalaim: & steterunt iuxta ordinem suum in ministerio suo. Diffusus erit inferius sermo de ordinatis à Davide: hic autē tanguntur tria capita catorū iuxta tres filios Leui singulos ex singulis filiis: videlicet Hemā ex stirpe Cehath, & Asaph ex stirpe Gherson & Ethā ex stirpe Merari: ut nulla esset dissensio.

**I**sti sunt qui stabant & filii eorum: de filiis Cehathitarum Heman cantor, filius loel filii Samuel. Filii Elcanæ filii Ierocham, filii Eliel filii Thoach. Filii Zuph filii Elcane, filii Machath filii Hamasai. Filii Elcæ filii loel, filii Hazar'ie filii Zeph'aia. Filii Thachath filii Assyr, filii Eb'iasaph filii Corach. Filii Lizhar, filii Cehath, filii Leui filii Israel. Et fratres eius, iuxta Heb. habet. Et frater eius Asaph, stans ad dexteram eius. Duo dicuntur. & qd Asaph erat frater Heman: quod verificatur ratione communis patris Leui. Alterum quod Asaph erat à dextris Heman, ad insinuandum ordinem inter istos tres: videlicet quod primus erat Heman, secundus Asaph & tertius Ethan: enim ordo significatur per dexterā & sinistrā: in qua sinistra subiungitur Ethā ex stirpe Merari. Asaph filius Berech'iah filii Simha. Filii Michael, filii Bahase'ia filii Malchi'ia. Filii Ethni filii Zerach filii Hada'ia. Filii Ethā filii Zimma filii Simhi. Filii Tachath filii Gherson filii Leui. Filii autē Merari fratres eorum ad sinistram. Hie fiat punctus: & deinde immediata subiungatur. Ethā filius Cisi, filii Habdi filii Malluch. Filii Chasab'ia filii Amaz'ie filii Chilcia. Filii Amzi filii Bani filii Samer. Filii Machli filii Musi filii Merari filii Leui. Apposituē siquidem subiunguntur filii Merari fratres filiorum Gherson in uno (videlicet Ethan) capite aliorum. Et fratres eorum Leuitæ: dati in omne ministerium taberculi domus Dei. Abaron autem & filii eius adolebant incensum super altare holocausti & super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorum. Isti enim soli erant sacerdotes

## CAPVT. VI.

342

dotes, quorum quatuor narrantur officia: videlicet super altare holocausti offerre instar thuris, & similiter super altare thymiamatis, & ad omne opus sancti sanctorum: in quo comprehenditur id quod erat mensa propositionis & candabri. Nec mireris quod appellatur opus sancti sanctorum opus quod fiebat in prima parte tabernaculi, quæ non appellabatur sanctum sanctorum, sed sanctum: quoniam non ratione loci, sed ratione operis dicitur hic opus sancti sanctorum. relatiū enim ad opera Levitarum appellantur hæc opera sancti sanctorum: quemadmodum cibis licitus solis sacerdotibus appellatnr inter cibos sanctum sanctorum. Ut præparentur. Iuxta Hebreum habetur. & ad expiandum super Israhel, iuxta omnia quæ præcepit Moses seruus Elobim.

Quartum sacerdotum officium scribitur expiare super populum: de qua actioñe scripsimus in Moyse. Isti autem filii Aharō: Elazar filius eius, Pinchas filius eius, Abihuah filius eius, Bucci filius eius, Hurz'ia filius eius, Zerach'ia filius eius, Meraioth filius eius, Amar'ia filius eius, Achitub filius eius, Zadoch filius eius & Chimahaz filius eius.

**E**Thæc habitacula eorum in domos eorum in terminis eorum: pro filiis Aharon familia Cehathitarum, quia ipsis fuit fors. Dederuntq; ei Cheb'ron in terra Iehude: & suburbana eius per circumituū eius. Agnū autem ciuitatis & villas eius, dederunt Chaleb filio Iephunna. Clasificatur hic quod in libro Iosuæ scriptum est de proprietate Hebron respectu Chaleb. Filii autem Aharon dederunt ciuitates Iehude ad configendum, Cheb'ron. Esto prudens tum lector tum scriptor, & fac punctum post ciuitates Iehude, narratur enim quod dederunt ciuitates subiunctas, & deinde prima supputatur cū illius qualitate (videlicet ad configendum) Hebron: hoc est quartum prima fuit Hebron ciuitas refugii. Et simili modo facies punctum inferius cum subiungitur fuerint ciuitates ad configendum Sichem: eodem enim modo construenda est litera. & Libnā & suburbana eius: & Iatibir & Esthemoh & suburbana eius. Et Chilen & suburbana eius, Debir et suburbana eius, Hasan et suburbana eius: et Beth'semes & suburbana eius. Et de tribu Bin'iamin Ghebah & suburbana eius, & Halemech et suburbana eius, & Hanathoth & suburbana eius: omnes ciuitates eorum, tredecim ciuitates per familias eorum. Filii autem Cehath residui de familia tribus, dederunt de dimidia tribu dimidii Menasjæ in sortem ciuitates decē. Filii autē Gherson

per

## PRIMI PARALI.

per familias eorum, de tribu Isachar, & de tribu Aser, & de tribu Naphthali, & de tribu Menasius in Basan, ciuitates tredecim. Filiis Merari per familias eorum, de tribu Reuben, et de tribu Ghad, & de tribu Zebulum in sortem, ciuitates duodecim. Dederuntque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana eorum. Dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iehuda, & ex tribu filiorum Simbon, & ex tribu filiorum Bin'iamin ciuitates bas quas vocauerunt per nomina.

Et de familiis filiorum Cethath fuerunt ciuitates termini eorum de tribu Eph'raim. Et dederunt eis ciuitates refugii Sechem & suburbana eius in monte Eph'raim: & Gheser & suburbana eius. Et loc'mehan & suburbana eius, & Beth'choron & suburbana eius. Et A'jalon & suburbana eius, & Ghath'rimmon & suburbana eius. Et ex dimidia tribu Menasius Haner & suburbana eius, & Bilham & suburbana eius: familie filiorum Cethath cui residui erant. Filius Gherson de familia dimidia tribus Menasius Gholan in Basan & suburbana eius: Hapharoth et suburbana eius. Et de tribu Isachar, Cedes et suburbana eius: Dab'rath & suburbana eius. Et Ramoth et suburbana eius, et Hanem et suburbana eius. Et de tribu Aser, Masal & suburbana eius: et Habdon et suburbana eius. Et Chucoc & suburbana eius, & Rechob & suburbana eius. Et de tribu Naphthali Cedes in Ghalil et suburbana eius, et Chammō et suburbana eius: et Cir'iathaim et suburbana eius. Filius Merari residuis, de tribu Zebulun, Rimmono & suburbana eius: Thabor & suburbana eius. Et de trans Iarden Iericho ad orientem Iarden, de tribu Reuben: Beser in deserto et suburbana eius, et Tah'zam et suburbana eius. Et Cedemoth et suburbana eius, et Mephahath et suburbana eius. Et de tribu Ghad, Ramoth in Ghilhad et suburbana eius: et Machanaim & suburbana eius, & Chesbon et suburbana eius, et Lahazer et suburbana eius.

## CAPVT VII.

Filiis autem Isachar Tholab & Pua Iasub et Simron, quatuor. Filii autem Tholab Huzzij et Repha'ia et Leric et Iachmai et Libsan et Samuel principes per domos patrum suorum de Tholab potentes fortitudine per generationes suas: numerus eorum in diebus David vigintiduo milia, et sexcenti. Filii autem Huzzij Iisrach, ia et filii Iizrach'ie Michael et Hobad'ia & Iozel et Iisb'ia quinq; principes omnes ipsi. Et cum eis per generationes suas per domos patrum suorum milites exercitus bellum, triginta sex millia: quia multiplicaverunt uxores et filios. Et fratres eorum

## CAPVT. VII.

343

sorum per omnes familias Isachar potentes viribus: octoginta septem millia, recensendo eos per singulos.

Bin'iamin Belah & Becher & Iedihael tres. Filiis autem Belah Ezbon & Huzzi & Huzzel & Ierimoth & Hiri, quinque principes domus patrum, potentes viribus: et recensiti sunt vigintiduo milia & triginta aquator. Filii autem Becher Zemira & Iohas & Elihezer & El'iohenai & Aomri & Ierimoth & Abi'ia & Hanathoth & Halameh: omnes isti filii Becher. Et recensiti sunt per generationes suas principes domus patrum, potentes fortitudine: viginti milia & ducenti. Filii autem Iedihael Bilhan: & filii Bilhan Iehus & Bin'iamin & Ehd & Chenahana & Zethan & Tharsis & Achisachar. Omnes isti filii Iedihael principes familiarium potentes viribus: decem & septem milia & ducenti, egredientes in exercitum ad bellum. Et Suppm & Chuppim filii Hir'chusim filii Acher.

Filiis Naphthali Yoch'iel & Guni & Iezer & Sallum filii Bilhā. Filii Menasius Asriel quem peperit concubina eius Arami'ia, peperit Machir patrem Ghilhad. Machir autem accepit uxorem ipsi Chuppim & Suppm, & nomen sororis eius Mahacha: nomen autem secundi Zelophchad, fueruntque Zelophchad filiae. Et peperit Mahacha uxor Machir filium, & vocauit nomen eius Peres & nomen fratris eius Seres: & filii eius Vlam & Recē. Filii autem Vlam Bedan: isti filii Ghilhad filii Machir filii Menasius. Soror autem eius Moletcheth, peperit Iosh & Abihezer & Machlam. Fuerunt autem filii Semidah Ach'ian & Sechem & Licchi & Anibam.

Filius autem Eph'raim Suthelach: & Bered filius eius & Thachath filius eius & Elbada filius eius & Thachath filius eius. Obscura est tota hæc narratio de filiis Eph'raim: conferendo autem hæc cum familiis Eph'raim scriptis num. 26. videtur quod hic est sermo de filiis Eph'raim mediatis: hoc est genitus ex stirpe Eph'raim tempore quo filii Israel erant in terra promissionis. Et huius filius Zahab, & huius filius Suthelach, et huius filius Hezer & Elhad. Similis accidit corruptio hic ei quæ contigit in tertio capitulo: ter. n. hic reperitur & huius filius, significando hunc esse filium prænominati, & tamen iuxta Hebraicā veritatem significatur fratres: nam de omnibus similiter dicitur. et Zahab filius eius & Suthelach filius eius, & postea immediete subiungitur, & Hezer & Elhad: occiderunt autem eos viri Ghath. Quia Geth est ciuitas Pelistinorum, ideo locus insinuat regestā fuisse post ingressum Israëlis in terrā promissionis. indigena. Clarè scribii Hebreatis in terra, ut intelligamus naturales Gethæos

## PRIMI PARALI.

Gethæos occidisse prædictos filios Eph'raim. Et causa subiungitur. quia descendenter ad inuadendum possessiones eorum. Iuxta Hebræum habetur. quia descendenter ad accipiendum armentum eorum. Gethæo igitur defendendo proprium armentum occiderunt istos. Luxit igitur Eph'raim pater eorum diebus multiplo; venerantque fratres eius ad consolandum eum. Non est hic sermo de Eph'raim Patriarcha filio Ioseph: sed de altero quodam nominato Eph'raim patre istorum occisorum. Ingressusque est ad uxorem suam. & concepit & peperit filium: vocauitque nomem eius Beriha, quia in malo fuit dominus eius. Et filia eius Seera, quia edificauit. Iuxta Hebreum habetur. & edificauit Bethchoron inferiorem & superiorem: Vxori Seera. Non scribitur quod mulier edificauerit: sed potius quod ipse Eph'raim edificauerit. Quod autem subditur. Porro filius eius Rapha & Reseph & Thale. cum longa genealogia usque ad losuam, error est similis prioribus: nam Hebraicè nouem fratres subiunguntur solito stylo. Et Rephant filius eius & Reseph, & Thelach filius eius & Tachan filius eius. Lah'dan filius eius, Hammihud filius eius, Elifazah filius eius. ita quod nunquam aliquis scribitur pater alterius. Et qui octauo loco scribitur. De quo oritur est Num. Hebraicè habetur. Non filius eius, & immediate subditur. Ichosah filius eius. Vbi clare patet error vulgatae editionis. nec enim est sermo de pater losuè qui vocatus est Nū: sed de quodam alio qui vocabatur Non, cuius frater fuit iste losua, & non ille losua qui introduxit populum in terram promissionis. Nec ex eo quod quedam corremus in istis genealogiis credas adhibuisse me studium ad corrugendum omnes: nam ferè inutilem iudicauit hunc laborem nostris temporibus, eo quod genealogie istæ sunt ignoratae: & sat esse censui quod noui interpretes Biblię iuxta veritatem Hebraicam hec redundunt. Possessio autem eorum & habitatio eorum Beth'el & filia eius: & ad orientem Naharan, & ad occidentem Gherzer & filia eius & Sechem & filia eius, usque ad Hazzam & filias eius. Et super loca filiorum Menasius Beth'scan & filia eius, Thab'reach & filia eius, Megiddo & filia eius, Dor & filia eius: in his habitauerunt filii Ioseph, filii Israel.

Filius autem Aser Iimna & Iis'ua & Iis'ui & Beriha, & Seach soror eorum. Filius autem Beriha, Cheber & Malchiel: ipse est pater Birzanius. Cheber autem genuit Iaph'let, & Somer & Charam: & Suham sorore eorum. Filius autem Iaph'let, Pasach & Chimbal

## CAPVT VIII.

343

hal & Has'ath: isti filii Iaph'let. Filii autem Somer. Achi & Ra-wib'ha, Techubba & Aram. Filius autem Helem fratri eius: Zophach & Iimnah & Seles & Hamal. Filii Zophach: Suach & Chadneper, & Suhal & Beri & Limra. Bezer & Hod & Samma & Silfa & Iith'ran & Beera. Filii autem Ieher. Iephunne & Phippa & Ara. Filii autem Hulle: Arach & Caniel & Rix'ia. Omnes isti filii Aser principes cognationum electi atque fortissimi duci ducum. Iuxta Hebreum habetur. capita domus patrum electi, potentes fortitudine, capita ducum. Laudes sunt prædictorum filiorum Aser. & cum recensentur in exercitu in bello, numerus eorum viri viginti & sex milia.

## CAPVT VIII.

**B**in'jamin autem genuit Belah primogenitum suum: Aobel secundum, & Ach'rach tertium. Nocham quartum, & Rephant quintum. Fuerunt autem filii Belah: Addar & Gera & Abihud, & Abisuah & Nah'man & Achoach, & Gera & Sephuphan & Churam. Isti autem filii Echud, principes cognationum habitantium in Ghabaa, qui translati sunt in Manath. Iuxta Hebreum habetur. isti sunt capita patrum habitantibus Ghobab, & fecerunt in captiuitatem duci eos ad Manachath & Nahaman & Ach'iam. Nomina propria locorum hæc tria videntur, ad quæ deduci sunt captiui habitates in Ghobab. & Gera ipse traxit eos: Iuxta Hebreum habetur. Et Gera ipse fecit duci in captiuitatem eos. Quando hoc fuerit, nescitur: sed videtur fusse tempore iudicij. genuitque Huzzam & Ach'ebud. Porro Sacharaim genuit in agro Moab postquam dimisit Chas'm & Bahara vxores suas. Genuit autem de Chodes uxore sua: lobab & Zib'iam & Mescam & Malcham. & Ichuz & Sach'iam & Mirmam: isti filii eius capita familiarium. De Chusim autem genuit Abitub & Elpaal. Et filii Elpaal, Heber & Misham & Samer: ipse edificauit Ono & Lod & filias eius. Beriha autem & Semah, ipsi capita patrum habitantibus A'ialon: ipsi fugauerunt habitatores Ghath. Et Ach'io, Sasac & Ieremoth. Et Zebad'ia & Harad & Hader. Et Michael & Iissa & Iochi filii Beriha. Et Zebad'ia & Mesullam & Chizzi & Chaber. Et Iismerai & Iizlia & Iobab filii Elpaal. Et Iacim & Zich'ri & Zabdi. Et Elichenai & Zillethai & Eliel. Et Hada'ia & Bera'ia & Simrath filii Simhi. Et Iispan & Heber & Eliel. Et Habdon & Zich'ri & Chanan. Et Chan'an'ia & Helam & Hanboth'ia. Et Iiphde'ia & Pennel filii Sasac. Et Samserai & Sechar'ia & Hathal'ia. Et Iehares'ia

C